

3687.

1343 d. 12 Mars.

THUKO DAANK i Grönhög och HOLMSTEN i Söderby erkänna sig skyldiga Kaniken i Linköping Håkan Thorstensson, för mottagen spannmål, 6 mark 2 öre penningar, för hvilka Holmsten pantsätter en half åtting i Asotorp.

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 140.

Vt euidenter pateat vniuersis per presentes recognoscimus nos thwko daank jn grönahøgh. et holmstanus jn sudherby. discreto viro domino haquino thorstensson canonico lyncopensi. pro annona ab eo recepta jn VI marchis denariorum cum II oris fore et esse nos veraciter obligatos jn proximo festo omnium sanctorum absque omni jmpedimento et protraccione vltiori in prompta pecunia sibi jntegraliter exsoluendis. Alioquin dimidius attungus quem ego predictus holmstanus jn asothorp possideo et pro predicta annona jmpignero sibi et cui ipse voluerit perpetuo jure proprietatis et domini cum omnibus suis pertinenciis jntegraliter cedat, pro nobis nostrisque heredibus omnibus libere possideuda [æ:—dus] Jn cuius testimonium sigilla nostra sub anno domini M^o CCC^o XLIII jn festo beati gregorii presentibus sunt appensa.

Allmän öfverskrift: De byathing.

3688.

1343 d. 16 Mars.

BO HÖVISKE i Bellsta bortbyter 4 örtugland 3½ penningland i Asunda i Bromma socken till Abbedissan Rikissa i Clara kloster i Stockholm, mot ett öreländ i Bellsta.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Boecius høviske de bælstæ salutem jn domino sempiternam Nouerint vniuersi me cum reuerenda virgine domina Rikiza abbatisa ordinis sancte clare stokholmis cambium terre quod dicitur iordhæskipte fecisse tali ratione quod quatuor solidi cum tribus denariis et dimidio in asundæ siti et parochia brummæ. pro vna ora terre in bælstæ sita jn perpetuum qualitercumque placuerit. disponendo sibi cedant, ad quod omnes sorores ibidem consensum contulerunt Scriptum anno domini M^o CCC^o XLIII^o in dominica oculi. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet (skölden delad på sned från höger; i nedra delen böljor) på en ur brevet klippt remsa.

3689.

1343 d. 19 Mars.

Riseberga.

RAMBORG BENGTSBOTTER säljer till Riddaren Gisle Elinason 8 åttingar i Söderby i Wiby socken, dem hon erhållit som pant af Hr Ulf Magnusson, samt gifver fasta på detta köp.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presentes litteras visuris. seu auditoris. ramburgis bændiczdottyr in domino salutem sempiternam. Nouerint vniuersi tam posteri quam